

quisitionem constituentur: delictum enim semper adhæret personæ, quamvis alibi deliquerit nec territorium suum contaminaverit. Sed tamen si pœna gravior sit in loco delicti quam domicili, si hic contra delinquentem processus fuerit formatus, hîc etiam loci receptæ pœnæ subjiciendus est *Besold. d. l. secus si in loco delicti deprehensus fuerit.* An vero iudex domicili ex officio per modum inquisitionis procedere possit adversus reum criminis alibi commissi à quibusdam Jurisconsultorum in controversiam vocari testatur *Dn. Mev. P. 4. D. 176. n. 5.* Quod Plures tamen affirmant ab ipso *Mev. d. l. n. 6. & 7.* allegati; modo inquisitionem in alterius territorium, ubi delictum commissum fuit, non extendat; cum iudex domicili legitimus sit & competens; nec inter accusationem & inquisitionem ulla statuenda differentia; nec remissiones delinquentium hodie amplius de necessitate sint *Wesenb. in Pamtitl. ad ff. de Jud. n. 16. conf. Gail. de P. P. C. 16. n. 30. seqq.* nisi quando iudices eidem Principi sint subiecti *B. Dn. Brunnem. Pr. Inquis. C. 3. n. 9. & 10.* ubi alios videmus casus exceptos; sed ex civilitate, vicinitatis atq; benevolentiae jure fiant exhibitio à postulante antigrapho seu literis reversalibus auff einen Revers oder Gegen-Bekânnnis *Carpz. Pract. Crim. P. 3. Qu. 110. n. 58.* Inde quoque hæ ipsæ remissiones frequentiores sunt inter pares aut minores ad majorem, non contra, testante hoc *Besoldo Thes. Pract. voce Lieferung der Maleficanten verb. Und liefern die ersten nicht bald einem von Adel einen Maleficanten.*

XIV. Locus autem delicti est quoad criminalem persecutionem tam ubi delictum consummatum, quam ubi inchoatum *l. 1. C. Ubi de Crim. Frantzck in Comment. ad ff. n. 41. conf. Dn. Brunn. in Comm. ad l. 1. C. Ubi de Crim. & in Proc. Inquisit. c. 3. n. 17. & seq.* & iterum sive illud vel inchoatum l. consummatum sit in uno loco ratione utriusque tam agentis quam patientis simul, ut si quis alterum in hoc loco vulnerasset, in altero eundem interfecisset; sive ratione alterutrius tantum, ut si quis stans sub suggrundia (quales cum primis in cauponis & diversoriis videre licet) sclopetum exploserit, alterumque in via pu-